
GAUDEO



John Carter Brown.



BOUND BY F. BEDFORD

E.

John Carter Brown

Only copy known

14.

Eames 10

¶ Epistola de insulis de nouo repertis. Impressa parisius in cãpo gaillardi

Epigramma. R. L. de corbaria
Episcopi Montispalusii. Ad
Inuictissimū Regem hispaniarū.

Iam nulla hispanis tellus addenda triumphis
At qȝ parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe eois regio deprensa sub Indis
Auctura est titulos Betice magne tuos.
Vnde repertori merito referenda Columbo
Gratia sed summo est maior habenda deo.
Qui vincenda parat noua regna tibiqȝ sibiqȝ
Teqȝ simul fortem prestat et esse pium.



E 3

JOHN CARTER BROWN

Epistola Christofori Colom:

cui etas nr̃a multũ debet: de Insulis indie supra Gangem nuper inuentis. Ad quas perquirẽdas octauo antea mense auspicijs ⁊ ere inuictissimi Fernandi Hispaniarum Regis missus fuerat: ad magnificũ dñz Raphaelem Sanxis: eiusdẽ serenissimi Regis Tesaurariũ missa: quã nobilis ac lr̃atus vir Aliãder de Cosco ab Hispano ideomate in latinũ conuertit: tercio kl's Maij. M.cccc.xciij. Põtificatus Alexãdri. vi. Anno primo.

Quoniã suscepte prouincie rẽ perfectã me consecutũ fuisse gratũ tibi fore scio: has cõstitui exarare: que te vniuscuiusqȝ rei in hoc nr̃o itinere geste inuẽteqȝ admoneãt: Tricesimo tercio die postq̃ Gadibus discessi in mare indicũ perueni: vbi plurimas insulas innumeris habitatas hoĩbus repperi: quarũ oĩm pro felicissimo Rege nr̃o preconio celebrato ⁊ vexillis extẽsis cõtradicẽte nemine possessionẽ accepi: primeqȝ earũ diuini Saluatoris nomẽ imposui: cuius fretus auxilio tã ad hãc: q̃ ad ceteras alias peruenimus. Eã vero Indi Guanahanin vocãt. Aliarũ etiã vnam quãqȝ nouo nomine nũcupaui. Quippe aliam insulam Sãcte Marie Cõceptionis aliam Fernandinam. aliam Hysabellam. aliam Johanam. et sic de reliquis appellari iussi. Quãprimum in eã insulam quã dudum Johanam vocari dixi appulimus: iuxta eius littus occidentem versus aliquãtulum processi: tamqȝ eam magnã nullo reperto fine inueni: vt non insulam: sed cõtinẽtem Chatai prouinciam esse crediderim: nulla tñ videns oppida municipiaue in maritimis sita cõfinibus preter aliquos vicos ⁊ predia rustica: cũ quorũ incolis loqui nequibam quare simul ac nos videbãt surripiebant fugam. Progrediebar vltra: existimans aliquã me vrbem villasue inuenturũ. Deniqȝ vidẽs q̃ lõge admodũ progressus nichil noui emergebat: ⁊ hmõi via nos ad septẽtrionem deferebat: q̃ ipse fugere exoptabam: terris etenim regnabat bruma: ad Austrũqȝ erat in voto contẽdere: nec minus venti flagitãtibus succedebãt. cõstitui alios nõ operiri successus: et sic retrocedẽs ad portũ quendã quem signaueram sum reuersus: vnde duos hoĩes ex nostris in terrã misi qui

inuestigarēt esset ne rex in ea prouincia vrbesue alique. Hi per
tres dies ambularūt inuenerūtq; innumeros pplos et hītatiões
paruas tñ ꝛ absq; vllo regimine: quapropter redierūt. Interea
ego iā intellexerā a quibusdā Indis quos ibidē susceperā quō
hmōi prouincia insula quidē erat: ꝛ sic perrexi orientem versus
eius sēper stringēs littora vsq; ad miliaria. cccxxij. vbi ipsius in
sule sūt extrema: hinc aliā insulā ad orientē ꝓspexi distātē ab hac
Johana miliaribus. liiij. quā ꝓtinus Hispanā dixi in eāq; con
cessi ꝛ direxi iter quasi per septētrionē queadmodū in Johana
ad orientē miliaria. dlxiiij. que dicta Johana et alie ibidē insule
q̄ fertilissime existūt. Hec multis atq; tutissimis ꝛ latis nec alijs
quos vnq̄ viderim cōparādis portibus est circūdata multi ma-
ximi ꝛ salubres hāc interfluūt fluuij multi quoq; ꝛ eminētissimi
in ea sunt mōtes. Oēs he insule sūt pulcherrime ꝛ varijs distin
cte figuris: puie: ꝛ maxima arbor varietate sidera lambētium
plene: quas nūq̄ folijs priuari credo. Quippe vidi eas ita virē
tes atq; decoras: ceu mēse Maio in hispania solēt esse: quarū
alie florētes: alie fructuose: alie in alio statu ſm vniuscuiusq; q̄
litatē vigebāt. garriebat philomena ꝛ alij passeres varij ac in-
numeri mēse Nouēbris quo ipse per eas deambulabā. Sūt p̄te
rea in dicta insula Johana septē vel octo palmarū gn̄a q̄ ꝓceri-
tate ꝛ pulchritudie queadmoḋ cetere oēs arbores: herbe: fruc
tusq; nr̄as facile exuperāt. Sūt ꝛ mirabiles pinus agri ꝛ prata
vastissima varie aues. varia mella. variaq; metalla ferro excep
to. In ea aūt quā hispanā supra diximus nūcupari maximi sūt
mōtes ac pulchri. vasta rura nemora. cāpi feracissimi seri pasci
q; ꝛ ꝯdēdis edificijs aptissimi. Portuū in hac insula ꝯmoditas
et prestācia fluminū copia salubritate admixta hoīz: q̄ nisi quis
viderit: credulitatē superat. Huius arbores pascua et fructus
multū ab illis Johane differūt. Hec p̄terea hispana diuerso a-
romatis gn̄e. auro. metallisq; abūdat. cuius q̄dē ꝛ oīm aliarū
quas ego vidi ꝛ quarū cognitionē habeo incole vtriusq; sexus
nudi sēper incedūt queadmoḋ edūtur in lucē: p̄ter aliquas femi
nas. q̄ folio frōdeue aliqua aut bōbicino velo pudēda operiūt.
qḋ ipse sibi ad id negocij parāt. Carēt ij oēs (vt supra dixi) quo
cūq; genere ferri carēt ꝛ armis vt pote sibi ignotis nec ad ea sūt
apti. nō propter corporis deformitatē cū sint bene formati: sed
qr sūt timidi ac pleni formidine. gestant tñ pro armis arūdines
sole pustas in quarū radicibus hastile quoddā ligneū siccū et

in mucronem attenuatū figunt: neqꝫ iis audēt iugiter vti: nā se
pe euenit cū miserim duos vel tris hoīes ex meis ad aliquas vil
las vt cū eaꝝ loq̄rētur incolis: exiisse agmen glomeratū ex Jn
dis: ⁊ vbi nr̄os appropinquare videbāt fugā celeriter arripuis-
se desprectis a patre liberis ⁊ ecōtra ⁊ hoc nō ꝙ cuipiam eoꝝ dā
nū aliqđ vel iniuria illata fuerit: īmo ad quoscūqꝫ appuli ⁊ qui
bus cū verbū facere potui: quicquid habebā sū elargitus: pan
nū aliaqꝫ ꝑmulta nulla michi facta versura: sed sunt natura pa-
uidi ac timidi. Ceteꝝ vbi se cernūt tutos oī metu repulso: sunt
admodū simplices ac bone fidei ⁊ in oībus que habēt liberalissi
mi: rogāti qđ possidet inficiat nemo: quin ipsi nos ad id poscen
dū inuitāt. Maximū erga oēs amorē pre se ferūt: dāt queqꝫ ma
gna pro paruis: minima lꝫ re nihilo ue ꝯtēti. ego attn̄ ꝓhibui ne
tā minīa ⁊ nulli⁹ precii hisce darent: vt sūt lancis parapsidum.
vitriqꝫ fragmēta. itē claui ligule: quanꝙ si hoc poterāt adipisci
videbat eis pulcherrima mūdi possidere iocalia. Accidit. n. quē
dā nauitam tm̄ auri pondus habuisse pro vna ligula quāti sunt
tres aurei solidi. ⁊ sic alios pro aliis mīoris precii presertim ꝓ
blāquis nouis: quibusdā nūmis aureis: pro quibus habēdis da
bāt quicquid petebat vēditor: puta vnciam cū dimidia et duas
auri: vel triginta ⁊ quadraginta bombicis pondo: quā ipsi iam
nouerāt. itē arcuum. amphore. hydre. doliiqꝫ fragmēta bom
bice ⁊ auro tanꝙ bestie cōparabāt. quod qꝛ iniquum sane erat
vetui: dediqꝫ eis m̄lta pulchra ⁊ grata q̄ mecū tulerā nullo inter
ueniēte premio: vt eos michi facilius cōciliarē fierētqꝫ xp̄icole
et vt sint proni in amorē erga Regem Reginam principēqꝫ no-
stros ⁊ vniuersas gētes hispanie ac studeāt perquirere: coacer
uare eaqꝫ nobis tradere q̄bus ipsi affluunt ⁊ nos magnopere in
digemus. Nullā ii norunt hydolatriam: īmo firmissime credūt
oēm vim: oēm potenciam: omīa deniqꝫ bona esse in celo: meqꝫ
inde cū his nauibus ⁊ nautis descendisse: atqꝫ hoc animo vbiqꝫ
fui susceptus postꝙ metum repulerāt. Nec sunt segnes aut ru-
des: quin summi ac perspicacis ingenii: ⁊ homines qui trāsfre-
tant mare illud nō sine admiratione vniuscuiusqꝫ rei rōnem red
dunt: sed nunꝙ viderunt gētes vestitas neqꝫ naues hmōi. Ego
statim atqꝫ ad mare illud perueni e prima insula quosdā Jndos
violēter arripui: qui ediscerent a nobis ⁊ nos pariter docerent
ea: quoꝝ ipsi in hisce partibus cognitionem habebāt. ⁊ ex voto
successit: nam breui nos ipsos ⁊ hi nos tum gestu ac signis tum

verbis intellexerunt: magnoq; nobis fuere emolumēto: veniūt
modo mecum: qui semper putant me desiluisse e celo: q̄uis diu
nobiscum versati fuerint hodieq; versētur. et ij erant primi qui
id quocūq; appellabamus nūciabant: alij deinceps alijs elata
voce dicētes: Venite venite & videbitis gentes ethereas. Quā
ob rem tam femine ꝙ viri: tā impuberes ꝙ adulti: tam iuuenes
ꝙ senes deposita formidine paulo ante ꝯcepta nos certatim vi
sebant magna iter stipante caterua alijs cibū alijs potum affe
rentibus maximo cū amore ac beniuolentia incredibili. Habet
vnaqueq; insula multas scaphas solidi ligni: & si angustas lon-
gitudine tñ ac forma nostris biremibus similes: cursu aūt velo
ciores. Reguntur remis tantūmodo. Harū quedā sūt magne:
quedā parue: quedā in medio consistūt. Plures tñ biremi que
remiget duodeuiginti transtris maiores: cū quibus in oēs illas
insulas: que innumere sunt: traijcitur. cūq; ijs suam mercatu-
ram exercent et inter eos comercia fiūt. Aliquas ego harū bi-
remiū seu scapharū vidi que vehebāt septuaginta & octuagīta
remiges. In oībus ijs Insulis nulla est diuersitas inter gentis
effigies: nulla in moribus atq; loquela: quin oēs se intelligunt
adinuicem: que res perutilis est ad id qđ serenissimū regē nr̄m
exoptare precipue reor: scʒ eorū ad sctām xp̄i fidē cōuersion[illegible]
cui quidem quantū intelligere potui facilimi sūt & proni. Dixi
quēadmodū sū progressus antea insulam iohanam per rectum
tramitem occasus in oriētem miliaria. cccxxij. in quā viam et
interuallum itineris possum dicere hāc Iohanam esse maiorem
Anglia & Scotia simul: nāq; vltra dicta. cccxxi. passuū milia in
ea parte que ad occidētem prospectat due: quas nō petij: super
sūt prouincie: quarū alterā Indi Anan vocāt cuius accole cau
dati nascuntur. Tendūtur in lōgitudinē ad miliaria. clxxx. vt
ab his quos veho mecū Indis percepi: qui oēs has callent insu
las. Hispane vero ambitus maior est tota Hispania a Colonia
vsq; ad fōtem rabidum. Hincq; facile arguitur ꝙ quartū eius la
tus qđ ipse per rectā lineā occidētis in oriētem traieci miliaria
continet. dxl. Hec insula est affectāda et affectata nō spernēda
in qua & si aliarū oīū vt dixi pro inuictissimo Rege nostro solen-
niter possessionem accepi: earūq; imperium dicto regi penitus
cōmittitur: in oportuniori tñ loco atq; omni lucro et cōmercio
condecenti cuiusdā magne ville: cui Natiuitatis dñi nomen de
dimus: possessionem peculiariter accepi: ibiq; arcem quādam

erigere extēplo iussi: que modo iam debet esse peracta: in qua hoīes qui necessarij sunt visi cū omni armoꝝ genere ꝛ vltra an nū victū opoꝛtuno reliqui. Itē quādam carauellam ꝛ pro alijs cōstruendis tam in hac arte ꝙ in ceteris peritos: ac eiusdem in sule Regis erga eos beniuolētiam ꝛ familiaritatē incredibilem Sunt enī gentes ille amabiles admodum et benigne: eo ꝙ rex predictus me fratrē suū dici gloꝛiabatur. Et si aīm reuocarēt ꝛ ijs qui in arce manserunt nocere velint nequeunt: q2 armis ca rent: nudi incedūt ꝛ nimiū timidi: ideo dictā arcem tenētes dū taxat pñt totā eā insulam nullo sibi imminēte discrimine popu lari dummō leges quas dedimus ac regimen nō excedāt. In oī bus ijs insulis vt intellexi quisqꝫ vni tm̄ ꝯiugi acquiescit preter principes aut reges: quibus viginti hr̄e licet. Femine magis ꝙ viri laboꝛare videntur. nec bene potui intelligere an hēant bōa propꝛia: vidi enī ꝙ vnus hēbat alijs impartiri: pſertim dapes obsonia et hmōi. Nullū apud eos monstrū reperi vt pleriqꝫ exi stimabant: sed hoīes magne reuerētie atqꝫ benignos. Nec sūt nigri velut ethiopes. habent crines planos ac demissos. nō de gūt vbi radioꝝ solaris emicat caloꝛ. pmagna nāqꝫ hic est solis vehemētia: propterea ꝙ ab equinoctiali linea distat. Ubi vidē tur gradus sex ꝛ viginti ex mōtiū cacuminibus. Maximū quo qꝫ viget frigus: sed id quidē moderātur Indi tū loci cōsuetudi ne. tū rerū calidissimarū quibus freqnter ꝛ luxuriose vescūtur presidio Itaqꝫ mōstra aliqua nō vidi: neqꝫ eoꝝ alicubi habui co gnitionem: excepta quadā insula Charis nūcupata: que secūda ex hispania in Indiam trāsfretātibus existit. quam gens que dam a finitimis habita ferocioꝛ incolit. Hi carne hūana vescū tur Habent predicti hiremiū genera plurima qbus in oēs Indi cas insulas traijciūt depredant. surripiūt quecūqꝫ pñt. Nichil ab alijs differūt nisi ꝙ gerūt moꝛe femineo longos crines vtun tur arcubus et spiculis arūdineis fixis vt diximus in grossioꝛi parte attenuatis hastilibus. ideoqꝫ habētur feroces: quare ce teri Indi inexausto metu plectuntur: sed hos ego nichili facio plus ꝙ alios Hi sunt qui coheunt cum quibusdam feminis: que sole insulam Mateunin primam ex hispania in Indiam traijci entibus habitāt. He aūt femine nullū sui sexus opus exercēt: vtūtur enī arcubus et spiculis sicuti de eaꝝ cōiugibus dixi mu niūt sese laminis eneis quarū maxima apud eas copia existit. Aliā michi insulā affirmāt supradicta hispana maioꝛē: ei9 incole

carent pilis. auroqꝫ inter alias potissimum exuberat. Huius
insule et aliarum quas vidi homines mecum porto qui horum
que dixi testimonium perhibebūt Deniqꝫ vt nostri discessus et
celeris reuersionis cōpendium ac emolumentū breuibus astrin
gam hoc polliceor: me nr̄is Regibus inuictissimis paruo eorū
fultum auxilio: tantum auri daturum quantum eis fuerit opus
tantum vero aromatum. bombicis masticis: que apud Chium
duntaxat inuenitur: tm̄qꝫ lignū aloes. tantum seruorum hydo
latrorum: quātum eorum maiestas voluerit exigere. item reu=
barbarum ⁊ alia aromatū genera que ij quos in dicta arce reli=
qui iā inuenisse atqꝫ inuēturos existimo. qn̄quidem ego nullibi
magis sum moratus nisi quantum me coegerunt venti: preter=
ꝙ in villa Natiuitatis dum arcē condere et tuta oīa esse prouidi
Que ⁊ si maxima et inaudita sūt: multo tamen maiora forent
si naues michi vt ratio exigit subuenissēt. Uerū multū ac mira
bile hoc: nec nostris meritis correspondēs: sed sancte Christia
ne fidei nostrorumqꝫ Regum pietati ac religioni: quia qđ hu=
manus consequi nō poterat intellectus: id humanis cōcessit di=
uinus. Solet enī deus seruos suos quiqꝫ sua precepta diligūt
et in impossibilibus exaudire: vt nobis in presentia cōtigit: qui
ea consecuti sumus que hactenus mortaliuꝫ vires minime atti
gerāt: nā si harū insularum quipiam aliquid scripserunt aut lo=
cuti sunt: oēs per ambages ⁊ cōiecturas: nemo se eas vidisse
asserit vn̄ prope videbatur fabula. Igitur Rex ⁊ Regina prin=
cepsqꝫ ac eoꝝ regna felicissima cūctaqꝫ alie christianoꝝ prouin
cie Saluatori dn̄o nr̄o Jhesu Christo agamus gratias: qui tan
ta nos victoria munereqꝫ donauit: celebrētur processiones per
agantur solēnia sacra festaqꝫ fronde vellentur delubra exultet
Christus in terris quēadmodum in celis exultat: quom tot po=
pulorum perditas ante hac animas saluatum iri preuidet. Lete
mur ⁊ nos: tum propter exaltationem nostre fidei. tū propter
rerum temporalium incremēta: quoꝝ non solum Hispania sed
vniuersa Christianitas est futura particeps. Hec vt gesta sunt
sic breuiter enarrata. Uale. Ulisbone pridie Jdus Marcij.

Christoforus Colom Oceane classis Prefectus.

c
H493
C718d 10





